



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Paradisus, materia Orationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

torrentibus voluptatis bibent. *Bibent la-* A
titiam, bibent vinum defæcatum, sine facie.
 Hic semper aliquid facis admixtum bi-
 bis: illic omnino defæcatum bibes: & in
 æternum bibes: & præcipitabunt faciem
 vinculi colligari ab Adam, & telam, &
 mortem in sempiternum.

Psal. 147.

Lauda Ierusalem, Dominum, lauda Deum
 tuum; Sion, quoniam confortavit seras porta-
 rum tuarum, &c. Quænam portæ, & quæ
 seræ hæ sunt, ô Prophetæ? Portæ mysticæ
 Ierusalem, sunt duæ animæ potentia, in-
 tellectus, & voluntas: ille voluitur in hac
 vita in cardine veri, ac falsi; hæc verò in
 cardine boni, vel mali, aut boni veri, vel
 apparentis: in altera vita confortantur se-
 ræ portarum, hoc est, confirmatur una-
 quæque potentia, intellectus in cogni-
 tione veri, voluntas in amore boni, ad eò
 ut ille falsum intelligere non possit, &
 hæc malum eligere nequeat: *Lauda ergo,*
lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum,
Sion, quoniam confortavit seras. vel Hebr. &
 Græc. *Roboravit vestes portarum tuarum,* in
 cognitione scilicet illius æterni veri, &
 fruitione summi boni.

Hebr.
Græc.

Prov. 3.

Æterna est illa gloria, Fratres: non triū,
 aut quatuor dierum gloria, sed æterna.
Longitudo dierum in dextera ejus, in sinistra
vero illius divitiæ, & gloria. Dei hoc pro-
 prium est, altera manu gloriam, altera
 æternitatem largiri. Mundus tam mo-
 mentaneas suas exhibet voluptates, ut
 altera dare, altera verò easdem auferre
 videatur.

Gen. 49.

Eia igitur, ad hanc æternam gloriam
 oculos erigamus. Inter hæc duo æterna
 vitam agimus, ac veluti Issachar inter
 terminos accubemus. Si præmia non
 invitant, ut inquit Augustinus poenæ
 nos terreat: nam ex duabus æternitati-
 bus nos altera necessariò, & absolutè
 manet, aut æternitas gloriæ,
 aut æternitas
 poenæ.

D. August.

DE PARADISO,
materia orationis.

De gloria magnitudine.

PUNCTUM CXLVI.

Quanta hæc sit, eia dicat testis de vi- 1. Cor. 12.
 su: *Scio hominem in Christo, &c. raptum* Aug. ep. 112.
hujusmodi usque ad tertium caelum. Agc, Aug. ep. 12.
 Apostole, quando cælestem gloriam, di- Clemens 5.
 vinamque essentiam (ut plerique senti- Strom.
 unt) videre dignus quondam effectus es, Theod. &
 dic nobis, qualis, quantaque ea sit? Audi- Anselm. hoc
 vit, inquit, (Hebraïca phrasi, providit) ar- loco.
 cana verba, qua non licet homini loqui. Græcè, *quis sunt ineffabilia.* Sic Procop. Non
 quòd tacere in mandatis haberet, sed quòd tacere in mandatis haberet, sed
 quòd efferre pro dignitate non posset. c. 64. Ista.
Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Psal. 30.
Domine, quam abscondisti timentibus te! Et
 quàm magna est, ô Prophetæ? Explicari
 nequit, solum admirari fas est. O quam
 magna! ô quàm multa, inquit August. D. Aug. lib.
 multitudo dulcedinis tuæ, Domine! Sed *Cælorum glo-*
 ubi est ista multitudo dulcedinis? Res- ria magna, &
 spondeo: Quomodo tibi ostendam mul- multa.
 titudinem hujus dulcedinis, qui palatum
 de febre iniquitatis perdidisti? O quàm
 magna! ô quàm multa! Ubi ad immen-
 sam, ac ineffabilem æternæ felicitatis
 dulcedinem innuendam eorum verborū
 emph. sim, ac proprietatem notat Titelm. Titelm.
 Quàm magna multitudo, quasi altera
 quantitatis differentia nequaquam suffi-
 ciat, si & altera non adjungatur, licet
 neutra, quàm ea sit magna, vel multa de-
 claret.

Hinc Prophetæ similiter exclamat: O *Baruch. 3.*
Israël, quàm magna est domus Dei, & ingens 4. Esdr. 2.
locus possessionis ejus! Magnus est, & non ha- Tota ex Dio
bet finem; excelsus, & immensus. Postquam presente ibi-
 vidit Esdras suas singulis distibui coro- dem.
 nas, &c. stupore affectus: *Ego autem, in-*
quit, miraculo tenebar. Nec mirum, cum
 gloria sit ineffabilis. Cupit aliquis Ro-
 manæ.

manæ urbis glorias enarrare, sed ne dicendo succumbat, hoc tantum dicit: Pontifex ibi est. Cætera autem, videlicet magnitudinem, pulchritudinem, divitias, ipsimet cogitate. Ezech: *Nomen civitatis ex illa die: Dominus ibidem.*

Quodnam istiusmodi civitatis est nomen, ô Propheta! *Dominus ibidem.* Quam magna, quam pulchra est civitas? *Dominus ibidem.* Hoc unum reliqua, si licet, animo cogitate. Hinc Apostolus: *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se.* Ubi quasi tribus omnium amplissimis mensuris Apost. utitur ad explicandas illas cælestis gloriæ divitias; oculo, scilicet, aure, & corde. Quid non capit oculus, vel potius exigua oculi pupilla? montes, stellas, cælos. Quid adhuc capacior non capit auris? præterita, præsentia, futura. Quid hac etiam capacius eor non capit humanum? Et tamen: *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec, &c.*

De hac ineffabili gloria admirando Regius Propheta clamabat: *Quid mihi est in celo?* q. diceret, ait August. Excedit vires meas: excedit facultatem eloquentiæ meæ; transcendit capacitatem intelligentiæ meæ; illud decus, illa gloria, illa celsitudo.

In hac vita non satiatur oculus visu, sed utique in altera. Corona aurea super caput ejus expressæ signa sanctitatis, gloriæ, & honoris. Quid ultra? Et desiderio oculorum ornata, q. d. Quantum oculus desiderare potest, tantum ibi est: ibi suum objectum oculus perfecte adæquatum habet.

Ibi sensus omnes perfectissime conquiescunt. *Ego flos campi.* Hebr. *Ego flos saturitatis.* Perquire, ut liber, per hæc virescentia præta rerum mundanarum flores: nullum saturitatis invenies, Deus solummodò flos est saturitatis. Sic. *Viderunt Deum, & comederunt, & biberunt.* Quid? Fuitne esca eorum vidisse Deum? Utique ex Hebr. *Et fuit eis quasi comedissent, & bibissent.* Quid erit tunc? *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Alij: *Satietas deliciarum cum vultu tuo.*

Si solum radius glorificati vultus in monte Thabor, vel inter passionis collo-

A quia potuit quasi in ecstasim Petrum rapere, adeo ut cæterorum omnium oblitus dixerit: *Bonum est hic nos esse;* quid cum de torrente voluptatis bibemus? Si Petrus stillâ unâ extra se factus est, quid nobis contingeret, cum in illo dulcedinis mari absorpti erimus? Nesciebat ille, quid diceret: aliquantulum nimirum suxerat de torrente deliciarum, de que cælestium gaudiorum mero parum quid primis degustaverat labiis. De fluvio quodam mentis stuporem inducente, aut verum referunt, aut fabulantur: ô quam verè biberat hic de fluvio, qui de Paradiso voluptatis egreditur, qui que mentem rapit! &c.

Annon rapta illa, quæ singula Sponsi sui membra, ubi propriarum similitudinum coloribus depinxit, auro scilicet caput, palmæ cæsariem, columbis oculos, gemmis manus, myrt hæ primæ labia ejus assimilans, nihil tamen omninò reperire potuit, cui guttur illius comparare, sed quasi in ecstasi constituta, id solum jucundissimum, ac suavissimum nuncupavit: *Guttur illius suavissimum;* quasi absorpta dulcedine nihil aliud de cælesti illo gaudio valeat explicare, cum tamen reliquas Dei perfectiones, & attributa saltem delineaverit, ac, sic dixerim, adumbraverit?

August. ad illud Psalmi: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Nescio, inquit, quid magnum promittit nobis, vult illud dicere & non dicit. Quæ necessitas fuit, ut diceret: *Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ?*

Quæ sivit verbum, unde loqueretur de rebus humanis: & quia vidit homines ingurgitantes se in ebrietate, accipere autem vinum immoderate, & mentem perdere, vidit quid diceret: quia cum accepta fuerit illa ineffabilis lætitia, perit quodammodò humana mens, & fit divina; & inebriatur ab ubertate domus Dei. *Quomodo potui, dixi, & quomodo possum, video, & quomodo video, dicere non possum: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente (non rivulis) voluptatis tuæ, vel deliciarum tuarum potabis eos.*

Hanc cælestis dulcedinis immensitatem

Ezech. 48.

1 Cor. 2.

Psal. 72.

Ecc. 45.

Celi gloria saturitas oculorum.

Cant. 2.

Hebr.

Exod. 24.

Hebr.

Psal. 16.

Alij.

Matth. 17. Cælestis gloria stillula in ecstasi rapuit Petrum.

Cant. 5.

Psal. 35.

Aug. ibid. Cælestis gloria velut inebriat beatos.

- rem expressit Dominus, cum dixit: *Intra* A
in gaudium Domini tui; non tam in te gau-
 dium, quam tu in gaudium. q. d. deiceret
 iustorum sinus, si vastissimum illud con-
 tinerent gaudium, intrent illi potius in
 profundissimum illum gaudiorum Oce-
 anum. Quod idem dixit Isaias: *Letitia*
sempiterna super caput eorum, gaudium, &
letitiam obtinebunt; vel iuxta Alios: *Ap-*
prehendent, hoc est, erunt quasi submersi in
 deliciarum, gaudiorumque pelago, vo-
 luptatimque mare super caput habe-
 bunt, & hæc quidem erunt sempiternæ,
 eas etenim taliter obtinebunt, ac appre-
 hendent, ut nunquam è manibus elaban-
 tur. Hujus mundi deliciae, & quam citò
 labuntur! Illæ, illæ sunt veræ deliciae,
 quia sempiternæ, & quia Domini deliciae
 sunt, non carnis mortuæ deliciae, non
 mundi fallacis gaudia; sed Dei: *Intra in*
gaudium Domini tui; hoc est, esto particeps
 ejusdem gaudij, quod beatum efficit
 ipsum Deum. O immensam! & incompre-
 hensibilem iustorum felicitatem! *Qui vi-*
cerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.
 Hanc mirabatur Propheta, & quasi sibi
 nimia videbatur: *Mihi autem nimis honori-*
ficati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus
est principatus eorum.
- Verum sic honorabitur queneunque Rex
 voluerit honorare. Dicitur iusto, quoniam bene.
 Quodnam bonum est illud? Quicquid D
 sub hoc nomine boni continetur. Sed
 dicas, quæso, quid dicemus iusto? Quo-
 niam bene.
- Ad Moysen quondam: *Ostendam tibi*
omne bonum; quasi diceret: Noli animum
 contrahere, & Moyses, aut ad versitibus,
 ærumnisve nivium deijci, nam licet la-
 bores, quos sustines, graves sint, & mole-
 stia, quas patieris, permolestæ, tamen
 merces tua major est. *Ostendam tibi omne* E
bonum, Tria sunt in quibus bonorum
 genera, nam boni aliud honestum, aliud
 utile, aliud verò jucundum: hæc omnia
 bona tibi ostendam. Ad hæc alia sunt ani-
 mi bona, sapientia scilicet, & virtus: alia
 corporis, pulchritudo, sanitas, robur: alia
 verò externa, velut divitiæ, voluptates,
 gloria. Hæc omnia tibi ostendam, cum
 omne bonum ostendam.
- Nostræ præterea, quid sibi voluerit
 Deus, cum Moysi, iustisque omnibus in
 eius persona ostensurum se dixit: *Omne*
bonum? Ex schola Metaphysices idem
 fuit, ac si dixisset: *Ostendā tibi omne ens,*
 & consequenter omne verum: ens enim,
 bonum, & verum, ut scholæ utamur vo-
 cabulo, convertuntur. O felices! *Ostendit*
quidem mundus ipse ens aliquod, sed
transitorium: parum entis, accidentia
multa. In cælo quicquid verè est, veram-
que substantiam ostendit Deus, Ego sum,
qui sum. Ostendit hic mundus aliquod
 bonum, sed fucatum, sed fallax: aliquod
 etiam verum, sed mille fallaciarum tech-
 nis admixtū; unde David: *Fili hominum,*
usquequò gravi corde; Ut quid diligitis vani-
tatem, & quaritis mendacium? In cælo, in
 cælo est omne bonum, ac summum ve-
 rum. O bonum sine malo! & verum sine
 falso! August. Ibi voluntas sine ulla ad-
 mixtione mali adhæret summo bono, ac
 intellectus sine ulla admixtione falsitatis
 adhæret primo vero. *Ostendam tibi omne*
bonum. Quale bonum? Omnis boni bo-
 num. Unde omne bonum, cui non adda-
 tur, quid sit, nisi ipsum bonum: dicitur
 enim bonus homo, & bonus ager, & bo-
 na domus. Adjunxisti, quoties dixisti, bo-
 num est, sed bonum simplex: bonum, quo
 cuncta sunt bona, ipsa est delectatio Do-
 mini. Jam videte, Fratres mei, si vos de-
 lectant bona ista, quæ non sunt per se bo-
 na, qualis erit contemplatio incommuta-
 bilis boni?
- Quid erit igitur, Fratres mei, cum ani-
 ma his soluta miseris ostendit Deus
 omne bonum? *In convertendo Dominus*
capit vitæ nostram, facti sumus sicut con-
solati. In Hebr. est: *Facti sumus sicut somni-*
antes. Quod, ait hoc loco Titelman, expri-
 mit magnitudinem repentini gaudij, &
 insperatæ lætitiæ: q. d. eos, quorum ad he-
 teram est sermo, tanto olim perfusus
 gaudio, ut cum primum Ægyptiacæ, seu
 Babylonica liberationis certi redderen-
 tur, non crederent, sed quasi tantam li-
 bertatem somnare se crederent. Sic olim
 Jacob: *Et vigilans quasi de gravi somno, &c.*
 Ita plane Beati: Verène tantum mihi con-
 tingit

Psal. 125.

tingit bonum? Unde ego in Paradiso Dei mei? Tunc, tunc repletum est gaudium os nostrum, & lingua nostra exultatione. Se se etenim totos in Dei laudem, & gratiarum actiones effundent.

Psal. 121.

Lazius sum in his, quae dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus, &c. Ierusalem, quae edificatur ut civitas, cuius participatio eius in idipsum. Alij. Cuius participatio est tota simul; hoc est, in idem velle, & sentire conspirat: cuius communio est arctissima, cum civibus illi inter se gaudeant citra omnia religionis, & opinionum dissidia.

Alij. Genebr.

Vel tota simul quod mox introgressus Beatus tota simul beatitudine perfruetur. Hic apud nos mortales, si quid habes boni, successivè, non totum simul habes, &c. Sed illic remuneratio, ac merces est tota simul.

Et ideo illae dulcedines, illa gaudia vera sunt gaudia, quia non differuntur, sed protinus dantur, & simul concessa non auferuntur. *Aqua eius fideles sunt.* Vocat fideles, quia non dilabuntur, nec mutantur in amaras, ut mundi aquae. Unde Marginalis habet: *Aqua eius stabiles.* Quo sensu D. Hieron. transfert: *Petra eius panis;* quod habet vulgatus: *Panis ei datus est.* Et vocat Petram, ad innuendam stabilitatem, & copiam. O felices illi qui nunc esuriunt, quoniam ipsa tunc petrae ipsi panes erunt!

Psa. 33.

Margis.

De pulchritudine loci.

PUNCTUM CXLV.

Apoc. 21.

Quam pulchram credimus civitatem Dei! D. Joannes in recensendis huiusmodi civitatis fundamentis satis immoratur: & licet in his nostris terrenis fundamentis non nisi in politis, rudesque lapides ceu oculis non expositi, ponantur; in illis tamen uniones, gemmasque preciosissimas, topazium, smaragdum, & id genus alias positas affirmat. Si margaritae, sapphiri, ac adamantes conduntur in fundamentis, quae non videntur.

A quid erunt confurgentia moenia? quid palatia?

Miraris pulchritudinem Solis, Lunae, ac stellarum? Haec velim cogites veluti domus Dei lapides abditos in fundamentis. *Lunam, & Stellae, quae tu fundasti.* *Psal. 8.* O Israël, quam magna est domus Dei, & in-gens locus possessionis eius!

Hinc David, ostendit civitatem Dei: *Ponite, inquit, corda vestra in virtute eius, hoc est, eius potentiam perpendite,* qui eam construxit. *Hebr. Ponite corda vestra ad exercitum eius; vel Chald. Ad coelum, quam multos milites habet, id est, Angelos, penè innumeros. Et distribuite domos eius, ex Hebr. Et admiramini dies eius, vel exaltate palatu eius.* *Psal. 47. Hebr. Chald.*

Si David constructurus templum paravit in opus thesaurum: *Auri talenta centum millia, & argenti mille millia, & quasi haec nulla essent, dixit: Ecce ego in paupertate mea preparavi impensas domus Domini: Qualisne erit civitatis illius pretiositas, ac praestantia, quam is construxit, qui quondam ait: Meum est aurum, & argentum. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa vero civitas aurum mundum. Ponus, ponite, corda vestra in virtute eius. Alij. Alij. Ad divitias eius.* *1. Par. 12. Apoc. 21.*

O pulcherrimam Dei civitatem, si quisquiliam, sic dixerim, eiusque purgamenta, quasi extra moenia projecta, tam pretiosa sunt haec, quae nimirum videntur, quid erunt retenta. si projecta tanto in pretio sunt habitata? Si sordes e domo aliqua foras projici videres, quas tamen non sordes, sed gemmas, sed aurum reverè esse intellexeres, annon admirans diceres: En quam pretiosos in domo illa thesaurus latere credendum est?

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum! concupiscit, & deficit anima in aeterna Domini. Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in saecula saeculorum laudabunt te. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, vel ad limen Dei mei, hoc est, minimus in regno caelorum, magis quam habitare in tabernacula peccatorum. Et alibi: *Vt videam voluptatem Domini.* *Alij. Amantatem. Alij. Pulchritudinem Domini.* *Psal. 83. Hebr. Psal. 26. Alij.*

Quam.

Ezech. 1.
Pradus &
Villalpan.
ibid.

Tob. 13.

Quam volens aliquando describere Propneta, a quodam curru gloriæ voluit incipere. Nunc a rotis currum, si tamen licet, intelligite. Et aspectus, inquit, rotarum, & opus earum quasi visio maris. Hebr. Quasi species Tharsis. Hieron. Quasi species chrysolithi. Symm. Quasi species hyacinthi. Erant itaque rotæ, sic dicam, tot pulcherrimæ turcheæ, quæ sunt coloris marini. Quis ergo rotis currus splendore, si tam pretiosæ erant rotæ? Tobias: Beatus ero, si fuerint reliquia seminis mei: ad videndum claritatem Ierusalem. Porta Ierusalem ex sapphiro, & smaragdo edificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur, & per vias eius alleluja cantabitur. Benedictus Dominus, qui exaltavit eam, ut sit regnum eius in sacula sæculorum super eam. Amen.

De objecto beatifico.

PUNCTUM CXLVI.

Ioan. 37.
Exod. 33.
Psal. 26.
Aug. lib. 1. de
Trinit. c. pen-
ult.
Psal. 51.
D. Hier.

D. Aug. ibid.

Deus visus
videndi sui
desiderium
gignit.
1. Petr. 1.
Gloss.

Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum, & c. Hinc Moyses: Ostende mihi faciem tuam; nam visio est tota merces. August. Tota merces est in videndo, quod amas, & in amando, quod vides. Adimplebitis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua usque in finem. Hieron. Ostendes mihi plenitudinem lætitarum ante vultum tuum, decores in dextera tua æternos. Hinc iterum David: Vnam peti à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vite mee, ut videam voluptatem Domini, et ut legit August. Ut contempler delectationem Domini. Quid semper in ista contemplatione? Semper.

Deus, ac Dominus noster, Fratres, tam in hac, quam in alterâ vitâ talem se præbet cognoscendum, ut qui eum cognoscit, simul etiam eum desideret. In quem desiderant Angeli prospicere. Ubi Gloss. Cur cernere desiderant, cuius faciem nunquam cernere cessant, nisi quia contemplatio divinæ præsentis ita An-

gelos beatificas, ut ejus semper visa gloria fatientur, & semper ejus dulcedinem, quasi novam, insatiabiliter esuriant?

Sic Gregor. Quid est, quoddam Moyses facie ad faciem cum Domino loquitur, & tamen Dominum obsecrat, ut faciem suam Dominus ostendat, nisi quia Deum videns, Deum semper videre desiderat?

Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Cui Dominus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? Miratur hic

August. Quomodo nunc dicit: Non cognovistis me, cum profectus & quod iret, & viam scirent? Non ob aliud, nisi quod ipsum utique scirent. Sciebat, sed magis scire cupiebant. Amodo vidistis eum, & cognovistis eum. Ecce scire convicti suat, quod se nescire nesciebant.

Qui edunt me, adhuc esurient. Edent, inquit August. satiata fame, hoc est, utriusque, fatietatis nimirum, famisque bono:

fames enim duo habet, unum molestum, jucundum alterum: molestum est, alimenti carentia; jucundum, quod excitat appetitum. Satietas item duo habet: jucundum, quod est refectio naturæ, mole-

stum, quod fastidium, & nauseam parit. Beati ergo utroque bono sine molesto feliciter perfruantur: famem habent, sed sine cibi carentia: fatietatem, sed sine nausea; nam cum æterna esurie suavissime semper reficiuntur. Conceptus est D. Gregorij in Moralibus.

Beati in perpetua satietate semper esuriunt. D. Gregor. 18. Mor. 22.

Beati Angeli ab omni pœna anxietatis longè sunt, quia nunquam simul pœna, & beatitudo conveniunt. Ne sit ergo in desiderio anxietas, desiderantes fatiantur: ne autem sit in fatietate fastidium, satiari desiderant. Sic quoque nos erimus, quando ad ipsum fontem vitæ venerimus, erit nobis delectabiliter impressa sitis simul, atque satietas, sed longè abest a siti necessitas, longè a fatietate fastidium, quia & sitientes fatiabimur, & satiati sitiemus.

Hinc ante thronum erat mare, & Seraphim stabant, & volabant: quia nimirum in eo Divinitatis Oceano, & Seraphim stant, & tamen per incomprehensibilitatis altitudinem volant.

Extant civitates quædam tanto mœnium ambitu, ut in eis peregrinari quis possit

possit. Nive erat trium dierum. Memphis erat ambitus centū, & quinquaginta stadiorum, de qua Ethruscus ille:

Mille ciuitatianne in se contiene, &c.

In his civis ipse peregrinatur, præ rerum varietate, atque copia. Id planè contingit in civitate Dei. *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* Ex Græco. Chryl. *Domine, quis peregrinabitur in tabernaculo tuo? Quid hoc habitabit, & peregrinabitur?* Ita planè, ad eò semper nova, jucundaque videt Beatus, ut ex nova divinorum effectuum cognitione, & ex accidentali beatitudine, quæ per novas revelationes contingit, veluti peregrinetur.

Objectum illud beatificum est infinitum, & idèò comprehendi nequit. Inquit D. Joann. Deum majorem esse corde nostro. Quid sibi vult? Hoc certè, cogita quicquid vis, quod perfectionem habet: *Deus est major corde nostro.* Imaginare magnitudinem, pulchritudinem, potentiam: Deus est major corde nostro. Estne forsitan Deus splendidior, quàm mille Soles? Est major corde nostro, quàm miliones: adhuc major corde nostro, &c.

O quàm merito Anselm. Quid ergo per multa vagaris, homuncio, cum omnia habeas in Deo? Quæris pulchritudinem? pulcherrimus est Deus, quin ipsa pulchritudo. Quæris bonitatem? Deus est summè bonus, quò melior excogitari non poreft, &c.

Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor, cum apparuerit gloria tua. D. Hieron. ad Hebræicum: *Ego autem in iustitia videbo faciem tuam.* Chald. *Ego autem in veritate videbo iucunditatem faciei tue.* Satiabor in tempore, quo eriglarvero à gloria similitudinis tue.

Bernard. ad illa verba: *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis.* Talis est, inquit, quem nos sequimur, cui adhæremus, totus desiderabilis, in quem non solum populi, sed & ipsi quoque Angeli desiderant prospicere. Quid vobis suavius apponemus? nimirum hæ sunt deliciae Angelorum. *Gustate proinde, & videte, quoniam suavis est Dominus.* Et huic suavitati, huic sapo-

Speranza Scriptura selecta.

ri, huic sapientiæ, quæ trahitur de occultis, omne, quod desideratur, non valet comparari. Quid enim miraris in Sole splendorem, in flore pulchritudinem, in pane saporem, in terra fecunditatem? A Deo hæc universa donata sunt, nec dubium, quin multò amplius reservavit sibi, quam dederit creaturis.

Paradisus patens est omnibus.

PUNCTUM CXLVII.

Habentes Pontificem magnum, qui penetravit caelos, teneamus spei nostræ confessionem. Post primi parentis peccatum ad eò cælum conclusum fuit, ut nemini, vel sanctissimo, antequàm Christus in cælum ascenderet, apertum fuerit.

Collocavit Dominus (in hujus rei figuram) ante Paradisum voluptatis Cherubim, & flammæum gladium, atque voratilem ad custodiendam viam ligni vitæ. Nunc autem, ait Cyrillus, avertit Christus gladium, qui nos inde arcebat, ac liber ingressus factus est.

Attollite portas, Principes vestras, & elevamini porta aternales, & introibit Rex gloria. Cur non ajunt, aperite portas, sed, attollite, omninò scilicet ex cardinibus? Chrysoftom. quia videntes Angeli, quòd cæli jam nunquàm erant claudendi, sed omnes iusti, & peccatores (scilicet pœniterentes) pariter ascensuri erant in cælum, quia non erant necessariæ portæ cæli, cælo postea nunquàm claudendo, idèò non dicunt, aperite portas, quæ jam in Baptismo Christi fuerant apertæ, sed attollite.

Portæ cæli nunc omnibus patent. D. Joan. describit cælestem illam Jerusalem tam illustrem, tam pulchram, tam locupletem, sed quod mirum est, nemini interclusam, quin omnibus vndeque patentem. *Ab Oriente portæ tres, ab Aquilone portæ tres, ab Austro portæ tres, ab Occasu portæ tres; undique portæ.* Sed nunquid clausæ? Nequaquam: *Et portæ*

M m m ejus

Et velut peregrinantur. Psal. 16. Græc.

1. Joan. 3.

D. Anselm.

Psal. 16.

D. Hier. Chald.

Psal. 41. Bern. ser. i. in festo omnium Sanct.

Hebr. 4.

Gen. 3.

Cyrril. l. 17. de orat. 1. spir.

Psal. 23.

Calorum portæ cur attolli potius, quàm aperiri jussæ.

Chryl. hom. 4. in Matt.

D. Apoc. 21.

Omnibus patent.

ejus non claudentur per noctem, nox enim non erit illic.

*Apoc. 3.
Zac. 2.
Calorum urbs
pulchra, sed
non fortis?
Apoc. 21.*

Cuique nunc dictum est: Ecce dedi coram te ostium apertum, &c. Et absque muro habitabitur Ierusalem. Quamobrem rectè dixit quidam, pulchra est Ierusalem, sed non fortis. Libet videre?

Vidi civitatem sanctam Ierusalem, novam, descendentem de celo. Civitatem appellat, non arcem. Præterea non dicit positam in aliquo inaccessibili monte, sed descendisse de celo, ac in terram venisse. Dicitur etiam in quadrio posita. Architecti autem jubent civitatem in quadrio non fieri, ne de facili capiatur. Tandem in portis sunt nomina duodecim Tribuum filiorum Israël, quo quisque intelligat, se illic, quoad Deum, hoc est, voluntatem eius, quam vocant antecedentem, & signi, conscriptum esse, idèoque ingredi posse, modò propriis sceleribus nomen non deleat, & tot parentes januas suis ipse manibus non claudat.

Ezech. 41.

Huc facit, quòd vidit Ezechiel Sancta Sanctorum circumcirca habuisse latera, hoc est, sedilia, ut interpretatur Hugo Carenfis. Cæterum ad quid sibi sedilia, cum nulli præterquam summo Sacerdoti ingredi liceret? Sed post Christi ascensionem nemini interclusus est aditus, quisque salvari potest, & ex sedilibus illis sibi unum potest assumere.

Job. 36.

Hinc Job: In manibus suis abscondit lucem, & præcepit ei, ut rursus adveniat, annunciet de ea amico suo, quòd possessio ejus sit, & quòd ad eam possit ascendere. Hinc propheticè Micheas: Ascendet pandens iter ante eos; vel transfert Hieron. Qui adivit ante eos; supra ab his metaphora, qui in montibus nive oblectis iter aperiant: ita Christus iter cali, frigidissima peccatorum nostrorum nive coopertum, ac montis cælestis aditum oclusum aperuit, & complanavit, ut modò sint euique Prævia in directa, & aspera in vias planas.

Luc. 3.

Annon multas aperuit vias, cum in monte quasi iter pandens Apostolis, ac dividens ante eos, dixit: Beati pauperes spiritu, &c. Beati mites, &c. ubi octo quasi directas vias aperuit?

Matth. 5.

Vetus Hebræorum traditio est, mare

A tunc filiis Israël duodecim præbuisse vias, juxta illud Psalmographi: Qui divisit mare rubrum in divisiones. Sic Origenes, & novissimè Genebrardus. Voluit nimirum Deus, ut unaquæque Tribus sine ullo impedimento liberè pertransiret, ut tantò facilius, ac citius terram promissam ingrederetur.

Via ad cælum facilissima, quin multæ via: Via ejus, via pulchra, ut quisque salvari possit, Hinc David: Docebo iniquos vias tuas; non viam in numero unitatis, sed vias in numero multitudinis. Hinc ab omnibus lateribus portæ, ut cujusque status homines intrare possint. Hinc uxoro Jacob cum filiis, & familia scala dimittitur cum Angelis ascendentibus, & descendentibus: Hinc carrucæ, & lecticæ. Quid ultra? Inclina vit calos, & descendit. Cælum nunc

C set ascendere, nunc aded inclinatum est, ut quisque illud digito tangat. Ut animam suscipiat Deus, cælum inclinat, ut latronem susciperet usque ad limbum cælum inclinavit: Hodie mecum eris in Paradiso. O quàm verum illud: Protexi te, ut plantes calos in terra! Hinc milites audiunt præcepta vitæ, quia & ipsi, si contenti sint propriis stipendiis, salvantur. Hinc meretrices, &c.

Ab absque muro habitabitur Ierusalem, præ multitudine hominum, & jumentorum. Quid? jumenta salvantur? Quidni? Homines, & jumenta salvabis, Domine. Mysticè, justos, & peccatores salvabis, Domine.

Pro æterno præmio laborandum,
& aliquid perferendum.

PUNCTUM CXLVIII.

Sed quid est, quòd nunc dicimus, cælum patere, cum supra dixerimus, fere clausum esse, ed quòd pauci salvantur? Hinc patet hominum incuria, ac socordia, dum cælestem hanc gloriam exiguo labore comparandam turpiter amittunt.

Noms

Marc. 24. Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Hæc Christianorū ignavia est, qui volunt regnare cum Christo, sed non pati. *Si compatimur, & glorificamur,* inquit Apostolus. Ubi D. Leo: Certa, atque secura est expectatio promissæ beatitudinis, ubi est participatio Dominicæ Passionis. Gravissima Leonis sententia. Non ait, probabilis, sed, certa, atque secura, &c. Hinc Dominus ad Apostolos: *Vos estis, qui permansistis mecum in temptationibus meis.* Quid hinc, Domine? Et ego dispono vobis regnum, ut edatis, & bibatis.

Gen. 28. Ut aliquem cernitis super lapidem ad veritatem reclinare caput, dicite: Proculdubio huic cælum pater. Doler ille: Requiem nullam invenio: omnes me persequi videntur, &c. non vides hinc tibi cælum aperiri, ac scalam, per quam, adjuvantibus Angelis, conscendas, dimitti?

Isa. 28. juxta Sept. In Isaiâ juxta Septuag. *Qui ablatus estis, tribulationem super tribulationem, spem super spem.* Ubi Hieron Unum ex alio, spes ex tribulatione. Ubi notandum, perfectos quosque tribulationem super tribulationem expectare debere, & inde spem super spem. Cum aliquem videtis deliciis nutritum, nullas tribulationes perferentem, ablatatus non est, ac proinde exiguum, vel nullam spem habet.

3. Reg. 6. Qui nullis rursionibus percutitur, nec ullis tribulationibus politur, ab illo cælesti templo reprobat.

Apo. 21. Cuius civitas autem auro & vitro mundo similis.

3. Reg. 7. Huc mysticè facit, quod Salomon in basibus columnarum, & in cornibus peristyliorum bovcs; & Cherubim efformari iussit. Sed quæ artis hæc ratio est, tam formosa facies cum tam deformi? Beda: Non erat plana ulla ex parte superficies basium, sed undique mysticis sculpta figuris: quo intelligeremus, quàm juxta Cherubim gloriæ sit bos laboris, & patientiæ, si onus æquo animo perferatur.

Delectet, delectet mentem magnitudinem

A do præmiorum, & non deterreat certamen laborum: quodd si onus ad veritatem aggravat, aspiciatur juxta positus Cherubim, qui sublevar. Doler ille: Onere familiæ deprimor, onus super humeros impositum gero, respice Cherubim gloriæ, &c.

Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, qua revelabitur in nobis. Id enim, quod in presenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, (aut Græcè, *Quod in momento est leve, vel momentanea levitas afflictionis nostræ*) supra modum, (aut Græcè, secundum hyperbolem, ad excellentiam, id est, excellenter excellens, juxta Theophylactum) æternum gloria pondus operatur in nobis. Ubi Chrysof. Theod. & D. Thomas antithesi notant, Momentaneos scilicet æternum opponi; leve, ponderis in presenti, in sublimitate vel Hebr. *Valde* tribulationi nostræ, umbra nimirum tribulationis, veram gloriam. Pulchrè August. cum Christo quasi hæc verba loquente: Regnum cælorum venale habeo. Quid, inquit, Domine? regnum cælorum quo emitur? Respondet, pauperate regnum, dolore gaudium, labore requies, vilitate gloria, morte vita.

Hinc Antonius apud Athanasium hanc Dei benignitatem, immensam que largitatem demeratus, talem ad suos habuit concionem: In presenti hac vita, Filij æqualia sunt pro rerum commutatione commercia, nec majora recipit ab emente, qui vendit: promissio autem vitæ semper vitæ vili pretio comparatur; scriptum est enim: *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem, &c.* & pro his non pari tempore regnaturi sumus in futuro, sed omnium nobis sæculorum regna tribuentur. Non terram hæreditabimus, sed cælum: ergo, Filioli, non vos aut tædium defatiget in labore scilicet paucorum annorum, nam infantia, somnoque detracto, paucos in Dei servitio annos insumimus) aut vanæ gloriæ delectet ambitio, ut pro terrena ac vana gloriola cælestem æternamque gloriam amittatis.

C *Non sunt condigna passiones hujus temporis ad futuram gloriam, qua revelabitur in nobis.* Id enim, quod in presenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, (aut Græcè, *Quod in momento est leve, vel momentanea levitas afflictionis nostræ*) supra modum, (aut Græcè, secundum hyperbolem, ad excellentiam, id est, excellenter excellens, juxta Theophylactum) æternum gloria pondus operatur in nobis. Ubi Chrysof. Theod. & D. Thomas antithesi notant, Momentaneos scilicet æternum opponi; leve, ponderis in presenti, in sublimitate vel Hebr. *Valde* tribulationi nostræ, umbra nimirum tribulationis, veram gloriam. Pulchrè August. cum Christo quasi hæc verba loquente: Regnum cælorum venale habeo. Quid, inquit, Domine? regnum cælorum quo emitur? Respondet, pauperate regnum, dolore gaudium, labore requies, vilitate gloria, morte vita.

Hinc Antonius apud Athanasium hanc Dei benignitatem, immensam que largitatem demeratus, talem ad suos habuit concionem: In presenti hac vita, Filij æqualia sunt pro rerum commutatione commercia, nec majora recipit ab emente, qui vendit: promissio autem vitæ semper vitæ vili pretio comparatur; scriptum est enim: *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem, &c.* & pro his non pari tempore regnaturi sumus in futuro, sed omnium nobis sæculorum regna tribuentur. Non terram hæreditabimus, sed cælum: ergo, Filioli, non vos aut tædium defatiget in labore scilicet paucorum annorum, nam infantia, somnoque detracto, paucos in Dei servitio annos insumimus) aut vanæ gloriæ delectet ambitio, ut pro terrena ac vana gloriola cælestem æternamque gloriam amittatis.

E omnium nobis sæculorum regna tribuentur. Non terram hæreditabimus, sed cælum: ergo, Filioli, non vos aut tædium defatiget in labore scilicet paucorum annorum, nam infantia, somnoque detracto, paucos in Dei servitio annos insumimus) aut vanæ gloriæ delectet ambitio, ut pro terrena ac vana gloriola cælestem æternamque gloriam amittatis.

Quam igitur expetenda tribulationes, quibus caelestem comparamus gloriam, quae quanto graviores sunt, tanto majorem per eas gloriam acquirimus? Hinc toties in Prophetis onus, & assumptio pro eodem ponuntur. Onus Niniue, Onus quod vidit Habacuc. Ubi onus apud Theodoretum, Symmachum, & Septuaginta est idem, quod assumptio. Assumptio Niniue, &c. Quod saltem hoc mystice colligamus, onera ad veritatem non dejicere, sed levare.

Nahum. II.
Habacuc.
Theod.
Symmach.
Sept.

Eccli. 24.
Hebr.

Cant. 7.

Cant. 3.

D. Hieron.
lib. 12. in
Ezech. hom. 2.
Thren. 1.
Alij.

Isa. 33.

4. Esd. 7.

Hinc anima illa, quae videbatur ad veritatem pressa, Sicut palma, inquit, exaltata sum in Cades, quod est sanctitas. Quasi diceret: In sanctitate, ac perfectione, ad instar palmae, quod magis depressa fui, eodem magis profeci: inclinata surrexi. Quod innuit Sponsus in Cant. dum ait: *Statura tua assimilata est palma*; quasi dicat: Ad veritatibus crevistis, ac profecistis.

Exercitimus ergo, ac progredimur ad gloriam per tribulationes. In hujus rei figuram *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum.* Quid excellens, mirandumque opus designat? Ad rem Hieron. caelestem gloriam. Sed quis, aut qualiter ascendat, ut feliciter ibi sedeat? Tribulatus, nam protinus subditur: *Et ascensum purpureum.* Mirum, quanta sit hominum socordia. *Via Sion lugent,* plorabat Propheta. Alij: *Via Sion herbosa*; quia scilicet pauci eandem terunt, Et Isaias: *Angeli pacis amare stebunt, dissipata sunt via, cessavit transiens per semitam.* Augustinus: *Amans vitam beatam, timebam illam in sede sua.* Quisque certe gloriam vellet, sed thronum ejus veretur ascendere; quod videlicet altior videatur: vellet siquidem ad suam potius voluntatem, commoditatemque descendere. Esdr. *Civitas est aedificata, & posita in loco campestri, est autem plena omnium honorum* (Quis eam ingredi noluit?) sed introitus ejus angustus, & in praecipiti positus, ut esset a dextris quidam ignis, a sinistris aqua alta, semita autem est una sola inter eos posita, hoc est, inter ignem, & aquam, ut non capiat semita, nisi solummodo vestigium hominis, Si autem dabitur civitas homini in ha-

A reditatem, si nunquam anteposuit periculum, pertransierit, quomodo accipiet hereditatem suam? Concludit: *Si ingredienti ingressi non fuerunt, qui vivunt, angusta & vana haec non poterunt recipere, quae sunt reposita.*

Psal. 65.

Ut id Sancti omnes noverunt! Transivimus, dicebant, per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium, &c.

Gen. 3.

O quam longe aberrant, qui putant, nullo labore gloriam adipisci! Posuit Deus hominem in Paradiso voluptatis. Non simpliciter, inquit Chrysol. sed ut operaretur. Et Bernard. subdit: Quis ergo filios ejus in loco afflictionis posuit ad feriandum arbitretur? Non ad hoc de Paradiso voluptatis nos animadversio divina eiecisse videtur, ut alterum sibi hic Paradisum adinventio humana pararet. Homo ad laborem natus, si laborem refugit, non facit id, quod natus est.

Chrysol.
Bern.

Oriolus homo
natus sua
conditioni ad-
versatur.

In Job: *Vir vanus in superbiam erigitur.* C Sept. *Homo frustra natus sermonibus*; hoc est, frustra conatur trajicere verborum tantum remigiis, desideriorumque velis interpositum illud mare, quod ante divinum illum thronum interjectum vidit Joannes. Manum operibus remigando cum sanctis Apostolis laboret, necesse est. *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit.* Metonymia, hoc est, fructus laborum tuorum.

Iob. 11.

Sept.

In calum verborum remigiis non penetrabit.

Apo. 4.

Psal. 127.

D Sic Regius Propheta: *Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel.* Ubi August. *Quid est, inquit, filios tuos? Opera tua, quae hic agis. Qui sunt filii filiorum? nostrorum fructus operum tuorum. Facis eleemosynas, accipis vitam aeternam, filii filiorum tuorum sunt, &c.*

D. Augusti.
Filii filiorum
nostrorum
sunt fructus
operum.

Hinc Chrysolomus: Non foliis illic opus, sed fructibus, non verbis, sed rebus. De Joseph in Genes. *Sedit in forti arcus ejus, & dissoluta sunt vincula brachiorum ejus.* Hebr. *Et roborata sunt brachia manuum ejus.* Chald. *Quia servavit legem in occulto, proposuitque constantem spem suam, positum est aurum sub brachia ejus, posseditque Regnum.* Ubi aurum gloriae non otio, ac deliciis, sed constanti in perferendis laboribus spei correspondere videt. Hinc eodem loco Isachar, qui vidit requiem, quod esset bona, & terram, quod optima,

Gen. 30.

Eugub. ex

Heb. Chald.

Exod. 28.

suppo-

su; possit humerum suum ad portandum: & in rationali non in carbunculo, sed in sapphiro, qui caelestis coloris est, descriptus invenitur.

Laborem igitur, Fratres mei, perferamus, &c. dicamus & nos: *Ingradiatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, ut requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum.* Non horreamus adversa, sed amemus, & cum Apostolo potius gloriemur in eis: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: & placeo mihi in infirmitatibus meis. Græcè, delector, oblector, pascor infirmitatibus meis.* Quid ergo doles in doloribus? Quid turbaris in opprobriis? Necessariæ sunt tibi tribulationes, ac injuriæ, ut per eas veluti per gradus ad gloriam conscendas. Inimici sunt mihi, inquit: sed simul scabellum sunt. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: per quod videlicet in caelum ascenditur. *Crux, crux, Frater, scabellum est; quod ideo Deus voluit honorari, ac adorari, veluti cujusque exaltationis instrumentum. Adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est.* Eapropter in posterum inimicos, sed magis proprio vocabulo amicos voca. *Amice, ad quid venisti? Nescit enim Christianus inimicum, inquit Tertul. per quem ad gloriam ascendit.*

Per adversa ergo, per tribulationes, ac labores ascendamus oportet. Transfigurationis, & gloria, quam Christus Discipulis monstravit in monte, innuit ascensionem. Scandere siquidem opus est.

Et vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum-quadragesima quatuor millia, &c.

Et sustulit me in spiritu montem magnum, & altum, & ascendit civitatem sanctam Ierusalem, &c.

Quis ascendet in montem Domini? Quis requiescet in monte sancto tuo? Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam. q. d. Qui non torpet otio, sed ascendere contendit.

Ut quis saliar, enitatur oportet: Regnum calorum vim patitur, & violenti rapi-

unt illud. Postus est homo in hac valle: scandat, opus est, laboret, &c.

Filij Israël ascenderunt, vel constituti fuerunt à Deo in excelsum terram. At per quot labores, per quot discrimina? Pharaon illos persequitur, unde mare trajicere opus est. Mari trajecto, nunc aqua, nunc panis desideratur, modò aditus illis intercluditur, modò autem bello, hostibusque premuntur: & denique annis quadraginta per montium avia, ac solitudines errare necesse habent. Sic tandem ascenderunt in excelsum terram.

Heu! nos scandere nolumus: pauca quæque ascensio nos fatigat &c. Tribulationem aliquam pati oportet, sed vel levis nos aggravat, &c. Jejunandum, sed labor jejuniij nobis durus videtur, &c. Vincenda tentationes, sed labor resistendi non adhibetur, &c. Laborem nolumus. Et tamen hæc gloria fructus est laboris. *Labores manuum tuarum manducabis.*

Et erit in die illa, cum dederit tibi Deus requiem à labore tuo. *Isa. 14.*

Sedebit populus meus in requie opulenta, *Isa. 32.* sed non nisi post labores.

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, & invenietis requiem animabus vestris. *Matth. 11.*

Per quam aliam viam, nisi laborum, ascenderunt Sancti in hanc æternam requiem; *Hebr. 11. Alij ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, egentes, angustiati, afflicti, &c. Quid non passi sunt Sancti? Quos non perculerunt labores? Hujusmodi labores gloriam illis pepererunt.*

Exod. 1. Urbes, quas in Ægypto per tot labores, ac sudores Hebræi edificaverunt, dicuntur fuisse urbes tabernaculorum. *Hebr. thesaurorum, ac si dum tot laboribus insisteret, sibi thesauros compararet. Sic & thesaurus gloriæ, sic & æterna requies, d quàm multis laboribus comparanda!*

Sed cur multos dico labores, quibus thesaurus gloriæ, & æterna requies comparatur! *Pro calo suscipi labores omnes pauci, & leviter.*

M m m 3

Habac. 3.

2. Cor. 12. Græc.

Psal. 109.

Crux scabellum, quo in caelum assurgitur.

Psal. 98.

Matth. 16.

Apo. 14.

Apo. 1.

Psal. 23.

Psal. 14.

Matth. 11.

paratur! Multi quidem, & magni nunc videntur, sed tunc in illa magna requie, & quam pauci, & quam parvi videbuntur!

Eccel. 51.

Modicum laboravi (dicit tunc Sanctus.) & inveni mihi multam requiem. Quid? tot labores, tot pœnæ, tot afflictiones, tot angustiae, & omnia, quæ passi sunt Sancti, modicum quid? Sic est. Fratres. In cœlesti domo maximi hujus vitæ labores parvi, aut nulli videbuntur.

Matth. 9.

Matth. 9. jussus est paralyticus triginta & octo annorum sugere, & portare lectulum humeris, & ire in domum, & statim dicitur surrexisse, ivisseque in domum suam; nec ulla fit lectuli mentio. Cur ita? ut insinuetur laborum, ac dolorum oblivio. Sic & multo magis in illa cœlesti domo parvi videbuntur, nulli videbuntur, quin in oblivionem ibunt omnes hujus vitæ labores.

Ioan. 16.

Mulier cum parit, tristitiam habet, cum autem pepererit puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium.

Prov. 31.

Dare sciam moerentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo. Bibant, & obliviscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.

Isa. 65.

In celo ne de nomine quidem noti labores.

Abbas Cellens. l. de pœn. c. 7.

Aded in cœlesti gloriâ tribulationes, & dolores in oblivionem eunt, ut nec etiam ipsorum nomina recordentur. Tunc erit calum novum, & terra nova, & non recordabuntur priorum, nec venient super eorum, sed gaudium, & exultationem invenient in ea. Quid sibi vult illud priorum? cur non dicit priorum laborum, priorum ærumnarum? Quia inter tot lætitiarum exultationes, nec ad vesitatum vocabula recordantur. Sic Abbas Cellens. Nomen mortis, nomen languoris, nomen paupertatis, nomen doloris, nec nominantur apud vos, Cives cæli, domestici Dei. Quid autem? Vita, jucunditas, jubilatio, exultatio, glorificatio. Absorbet siquidem gloria domus Dei omnem pristinorum laborum recordationem.

Apoc. 22.

Conceptus varij. Quanta sit gloria Beatorum. Si Joannes aliquando Angelum videns, cum quasi putavit Deum,

A unde voluit adorare: quid, si Archangelum, si Cherubim, aut Seraphim vidisset:

Gloria Beatorum quanta.

¶ Quanta debeat esse eorum perfectio, & puritas, qui ante divinam illam puritatem mansuri sunt. Apost. ad Philip. 1a. *Vi sitis sine querela, & simplices filij Dei. Syriac. Vi sitis perfecti absque nervo, tanquam puri filij Dei.*

B ¶ Quod viro patendi amatori cælum patet. Jacobo, qui tantoperè pati cupiebat, ut nec parum somni sine cœnâ vellet capere, unde lapidem capiti suppositum, cælum ut patuit! Non expectat, sic dixerim, Deus, sed adhuc in terris posito cælum aperit. Gratias tibi ago, Domine, dicebat ille, quia januas tuas ingredi merui, quasi is, qui patitur, jam pedem in cælo habeat.

Gen. 28. Cælum pati amantibus patet.

C ¶ De perferendis laboribus pro æterna gloria. Jacob apud Laban pro Rachele: *Nocturne estu urgebar. Hebr. De vorabat me frigus. Hier. id refert ad furtum, & similiter ex Hebr. legit: Furtum meum die, & furtum meum nocte, hoc est, quicquid aut interdium, aut noctu rapiebatur, mihi erat solvendum. O dignam quatuordecim annorum mercedem! servias nunc Laban, lateri, aut Luna. Adhæc: Circumvenit me, & mutavit mercedem meam decem vicibus. Euseb. apud Eugub. id est, sæpe numero. Quidni sanctissimus hic Patriarcha anagogicè pro cœlesti Rachele hæc pertulisse credatur?*

Gen. 32. Hier. Hebr.

Eugub.

D ¶ Gloriæ Beatorum memoria, peccatoris conversionem, ac pœnitentiam inchoat, adjuvatque: *Domine, ne in furore tuo arguas me. Psalmus primus eorum, qui inscribuntur ad pœnitentiam. Quo nunc, Quæso, stimulo, ô David, te ad pœnitentiâ urges? Rememoratio gloriæ. Psalm. David pro octava, nimirum æternitatis, quæ post evolutum septem horum dierum spatium, hoc est, post transactum vitæ præsentis cursum, quasi perpetua quædam octava subsequetur. Pro hac autem octavâ consequendâ nunc gemit peccator, & agit pœnitentiam. Iterum: Domine, ne in furore tuo arguas me. Tertius ad pœnitentiam Psalmus. Quænam is*

Psalm. 6. Gloria Beatorum recordatio stimulus ad pœnitentiam. Titul. Psalm. Titelm. ib.

Psalm. 37.

titulum

Grac.

titulum gerit? *Psalmus David in rememoratione diei Sabbati, vel ad memorandum, seu ad reducendum in memoriam diem Sabbati. Ubi Titelm. Psalmus convenit peccatori de Sabbato subsequituro vita, & requiei aeternae sollicito, & ipsam perdere formidanti, ac proinde poenitentiam agenti: q.d. Beatorum gloriae memoria urget poenitentiam.*

Luc. 13.

Prodigus ille peccator quod primum respexit, ut e caeno luxuria confurgeret? *Peccavi, inquit, in caelum, & coram te. Sed primum inquit, in caelum: quasi diceret: Heu! heu! & potui tantam gloriam pro tam vilivoluptate contemneret?*

7 sal. 136.

Filii Israel olim in captivitate perducti, carenis colligati, miseram peccatoris conditionem praeferebant, unde tot lacrymas profuderunt? *Dum recordamur, inquit, tui Sion. Ira hunc locum Orig. expendit.*

Orig. Dan. 4.

Ubi Rex ille ad instar belluae per septennium terram aspexit, peccatoris formam, ac speciem praese tulit: at ubi oculos in caelum levavit, sensum recepit. Altissimo benedixit. Sic, sic, Fratres, persaepe contingit; peccatorem non prius poenitere, non antea metricios amores, carnisque vincula, ac servitutem abominari, quam in caelum se peccasse, caelum oblivioni demandasse, terram solum modò, nunquam caelum aspexisse meminerit.

Frenum poenitentium, ne relabatur. Num. 15.

Beatorum gloria poenitentem cohibet, ac in peccata relabatur, eumque in adepta jam gratia continet. *Inquit filii Israel, & dices ad eos, ut faciant sibi simbras per angulos palliorum, & ponentes in eis vittas hyacinthinas, quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Dei, & ne sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes. Cur quaso, haevittas hyacinthinae? Ut caeli memoria constringeret, comesceret, clauderet oculos, ne in concupiscentias aperirentur, &c.*

Dan. 13.

Unde senes illi tam foede prolapsi? Unde igne tanto luxuriae miseri exarserunt? *Declinaverunt, inquit facer Textus, oculos suos, ut non viderent caelum, At*

A unde Susanna (Hebr. lilium) candorem odorumque pudicitiae illibatum servavit? *Qua fletus (subdit idem Textus) suspexit ad caelum.*

Gloria beatorum ad labores perferendos nos fortes efficit. *Nate, nate, suspicere caelum: memento aeterna via.*

Animalia illa ibant, & revertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Unde haec tanta velocitas promptitudo, ac levitas discurrentium? *Et similitudo super capita animalium firmamenti, vel, erat instar firmamenti extensi super capita eorum de super. Alij. q.d. sub caeli consideratione Dei servi libenter currunt, alas expandunt, veloces ad ardua quaeque peragenda feruntur.*

2. Mac. 6. Excitat ad ferendos labores. Ezec. 1.

Cum Deus a Patriarcha Abraham arduum illud opus immolationis suorummet propriorum viscerum, Isaac videlicet vellet exigere: *Suspice, inquit, caelum. Cur, Domine, caelum suspiciat? Chrystom. Promissione Deus excitat, & erigit athletam, & alacrem fieri, & rejuvenescere facit adversus sequentia certamina.*

Eia ergo & nos ad caelos oculos erigamus. Eia ad patriam illam suspiremus. Ferunt, cervos, etsi ab insula Cypri per centena millia distantes, insulae tamen fragrantia illuc usque natate. Et terras non vident, inquit ille, sed in earum odore natant. Annon ita anima nostra desideret ad fortunatissimas illas caelorum insulas?

Prædictorum epilodus ex August. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sitivit anima mea ad te Deum fontem vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem tuam? O fons vitae, vena aquarum viventium, quando veniam ad aquas dulcedinis tuae de terra deserta, in via, & in aquosa, ut videam virtutem tuam, & gloriam tuam & satiem ex aquis misericordiae tuae sitim meam? Sitio, Domine, fons vitae es, satia me. Sitio, Domine, sitio te Deum vivum. O quando veniam & apparebo, Domine, ante faciem tuam? Putasae*

D. Aug. Sol. 6. 35.

Parasne videbo diem illam, diem, inquam, iucunditatis, & lætitiæ, diem, quam fecit Dominus, ut exultemus, & lætemur in ea? O dies præclara, & pulchra, nesciens vesperum, non habens occasum, in qua audiam vocem laudis, vocem exultationis & confessionis, in qua audiam: Intra in gaudium Domini tui, intra in gaudium sempiternum, in domum Domini Dei tui, ubi sunt magna, & inscrutabilia, & mirabilia, quorum non est numerus! Intra in gaudium sine tristitia, quod continet æternam lætitiã: ubi erit omne bonum, & non erit aliquid malum: ubi erit, quicquid voles, & non erit, quicquid noles: ubi erit vita vitalis, dulcis, & amabilis, semperque memorialis: ubi non erit hostis impugnans, nec ulla illecebra, sed summa, & certa securitas, secunda tranquillitas, & tranquilla iucunditas, iucunda felicitas, felix æternitas, æterna beatitudo, & beata Trinitas, & Trinitatis unitas, & unitatis Deitas, & Deitatis beata visio, qua est gaudium Domini Dei tui. O gaudium super gaudium, gaudium vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium! quando intrabo in te, ut videam Deum meum, qui habitat in te? Ibo illuc, & videbo visionem hanc grandem.

Quid est, quod me detinet? Heu me! quia incolatus meus prolongatus est. Heu me! quamdiu dicetur mihi: Ubi est Deus tuus? Quamdiu dicetur mihi: Expecta, reexpecta? Nunc quæ est expectatio mea? Nonne, Domine Deus meus, Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ? Expectamus Dominum, quando revertatur a nuptiis, ut inducat nos ad suas nuptias. Veni, Domine, & noli tardare: veni Domine Jesu Christe, veni, & visita nos in pace: veni, & educ vincetos de carcere, ut lætemur coram te corde perfecto: veni, Salvator noster: veni, desideratus cunctis gentibus: ostende faciẽ tuam, & salvi erimus: veni, lux mea, Redemptor meus, edue de carcere animam meam ad confitendum nomini sancto tuo. Quamdiu

A miser jactabor in fluctibus mortalitatis meæ, clamans ad te, Domine, & non exaudis? Audi clamantem, Domine, de hoc mari magno, & adduc me ad portum felicitatis æternæ. Felices, qui de periculo maris hujus educti ad te Deum portum tutissimum pervenire meruerunt. O verè felices, qui de pelago ad littus, de exilio ad patriam, de carcere ad palatium pervenerunt, optata jam quiete beati, qui bravium illud perpetuæ gloriæ, quod hic per multas tribulationes quaesierunt, jam felici iucunditate adepti lætantur in perpetuum! O verè beati! d' t' r' que, quaterque beati, quia jam omnium malorum exuti, securi de sua immarcessibili gloria ad regnum decoris pervenire meruerunt! O æternum regnum, regnum omnium sæculorum, ubi lumen indeficiens, & pax Dei, quæ exuperat omnem sensum: in quo Sanctorum animæ requiescunt, & lætitiã sempiterna super capita eorum, gaudium, & exultationem obtinebunt. & fugiet dolor, & gemitus! quàm gloriosum est regnum, in quo tecum, Domine, regnant omnes Sancti, amici lumine, sicut vestimento, habentes in capite suo coronam de lapide pretioso! O regnum beatitudinis sempiternæ, ubi tu, Domine, spes Sanctorum, & diadema gloriæ facie ad faciem videris à Sanctis, lætificans eos undique in pace tua, quæ exuperat omnem sensum! Ibi gaudium infinitum, lætitiã sine tristitiã, salus sine dolore, via sine labore, lux sine tenebris, vita sine morte, omne bonum sine omni malo. Ubi juvenus nunquam fenescit, ubi decor nunquam pallefcit, ubi amor nunquam tepescit, ubi sanitas nunquam marcescit, ubi gaudium nunquam decrefcit, ubi dolor nunquam sentitur, ubi gemitus nunquam auditur, ubi triste nihil videtur, ubi lætitiã semper habetur, ubi malum nullum timetur: quoniam ibi summum bonum possidetur, quod est videre semper faciẽ Domini virtutum.

Felices igitur, qui de naufraga vita præfenti ad tanta gaudia jam pervenite meruerunt. Infelices, heu! nos, & miseri, qui per hujus maris magni fluctus, procellosasque voragines navem trahimus,

igno-

ignorantes, an ad portum salutis pervenire valeamus. Infelices, inquam, quorum vita est in exilio, vita in periculo, finis in dubio: nescientes finem nostrum, quia omnia in futurum reservantur incerta. Adhuc in pelagi fluctibus versamur, suspirantes ad te portum maris. O patria nostra, patria secunda, à longè te videmus, ab hoc mari te salutamus, ab hac valle ad te suspiramus, & nitimur cum lacrymis, si quomodo ad te perveniamus. Spes humani generis, Christe Deus de Deo, refugium nostrum, & virtus, cujus lumen à longè inter caliginosas nebulas super maris procellas, quasi stellæ maris radius oculos nostros irradiat, ut dirigamus ad te portum. Guberna, Domine, navem nostram tua dextera, clavo crucis tuæ, ne pereamus in fluctibus, ne nos demergat tempestas aquæ, nec absorbeat nos profundum, sed unco Crucis terræ nos ab hoc pelago ad te solamen unicum nostrum, quem à longè quasi stellam matutinam, & Solem justitiæ vix lachrymantibus oculis in littore cælestis patriæ nos expectantem videmus. En ad te clamamus redempti tui: sed & nunc exules tui, quos pretioso sanguine redemisti, exaudi nos, salutaris nos, spes omnium finium terræ, & in mari longè. In mari turbulento versamur: tu in littore stans, aspicias pericula nostra: salvos nos fac propter nomen tuum. Da nobis, Domine, inter Scyllam, & Charybdim ita tendere, & tenere medium, ut utroque periculo evitato, salvâ nave, & mercibus, securi perveniamus ad portum.

DE BENEFICIIS,
materia Orationis.

PUNCTUM CXLIX.

D. Bern. ser.
14. in Psal.
Qui habitat.

Bernard. Agamus gratias factori nostro, benefactori nostro, Redemptori nostro, remuneratori nostro. Secundum corpus te fecit egregiam creaturam, sed secundum animam magis, ut
Speranza Scriptura selecta.

A pote imagine Creatoris insignem, rationis participem, capacem beatitudinis sempiternæ. Porro secundum ambo-
Beneficiorum Dei in homines pulchra ex-pensio.
mul præ cæteris creaturis maximè admirandam, coherentem sibi in omni comprehensibili artificio, investigabili sapientia Conditoris. Itaque tam magnum hoc donum, quàm magna res homo. Sed quàm gratuitum putas? Planum est, quod nihil antè promeruit, qui penitus nihil fuit. An postea sperabatur, gratiam retributurus auctori? *Dixi Domino: Deus Psal. 17. meus es tu, quoniam honorum meorum non eges.* Quidni gratias agam? Si quis oculorum lumen, si quis usum aurium, si quis manuum, si quis pedem tibi præpeditum aliquo modo reparasse videretur, si quis soporam quavis occasione excitasse in te rationem, quis non alius tibi vehementissimè succenseret, si quando fortè beneficij huius immemorem, aut benefactori deprehendisset ingratum?

C Ne hoc quidem (licet maximo) contentus munere, qui dedit, ut esses, qui antea non fueras, adjecit etiam, unde substiteres, qui jam eras; nec minus liberaliter hoc, quàm illud mirabiliter est operatus. *Faciamus, inquit, hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Quid verò postea? Et præstet piscibus maris, & bestiis terræ; nam & cælestia sese elementa in usus creasse tuos antea docuerat.* Nempe facta memorantur, ut essent in signa, & tempora, & dies, & annos. Cui putas? Nulli utique, nisi tibi. Cætera siquidem omnes creaturæ, aut in nullo egent his omnibus, aut non intelligunt ea. Quam verò copiosus in secundo hoc beneficio, quàm liberalissimus fuit! Quanta largitus est ad sustentationem, quanta ad eruditionem, quanta ex hoc jam ad correptionem, quanta etiam ad delectationem? Verum hæc duo gratis, & dupliciter gratis fecit, sine merito tuo, sine labore suo, nempe: *Dixit, & facta sunt.* An ideo minus devotus, minus obnoxius, minus gratus es, quod hæc quidem sicut pro nihilo, ita de nihilo fecit? Perverti cordis est occasiones ingratitudinis vestigare. Nemo id facit, nisi qui etiam gratis esset ingratus.

Cæterum ex hoc jam tertium opus tuum
Nunc redem-